



# LAZARVS SCHONE- RVS ARITHMETICAE ET GEOMETRIÆ STUDIO SIS

S. P. D.



*V* M in arithmetica & geometria P. Rami docenda permultos annos versatus sim, quem fructum ediderim, testes esse possunt, qui tum has artes, tum ex earum fundamentis Optica, Mechanica, Astronomica, Geographica quaedam ex me audiverunt. Etsi autem maluissem deinceps aliquot annorum cessationem & otium ad meas in hoc genere vigiliis quamquam recognoscendas, quas ederem, mihi sumere, tamen cum videam esse, qui arithmetica & geometriam integrè perdiscere concupiscant, eorum desiderio morem gerendum esse decrevi. Plato ignavis arithmetica & geometria physici & politici auditori aditu interdixerat, quamvis dicend: artibus imbutis: ego verò his ipsis ad legitimam eruditionem seriò contendētibus domum meam patefaciendam existimavi, unde qui anno vertente hanc  $\chi$   $\pi$   $\delta$   $\epsilon$   $\sigma$   $\nu$   $\delta$   $\nu$  studiosè confecerint, majoribus illis studiis summa voluntate iudicioq; summi philosophi digni censeantur. Quapropter, si qui estis animis ad P. Rami Mathesin Euclideam paratis, si iter facere, si ad me venire docentemq; domi audire, si honestam mercedem magistro tribuere, si omninoq; auditoris officio fungi grave non est, adeste una, ut eodem tempore incipientem institutionem communi auditione & meditatione communium lectionum ad finem perducatis. Operam nempe meam cupientibus fidemq; diligentibus ita me approbaturum confido, ut excitatus industria vestra ad reliquas artes liberales progrediendi facultatem mihi fore sperem. Lemgovia in Comitatu Lippiensi, idibus Augusti 1599.

P. RAMI